stelle ⁊ lumẽ [redacted] audate eum celi celorum ⁊
aque que sup celos sunt laudent nomẽ dñi
[redacted] ⁊ ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit
et creata sunt [redacted] tatuit ea ineternũ ⁊ in se=
culum seculi: preceptũ posuit ⁊ non prete=
ribit [redacted] audate dñm de terra: trachones et
omnes abyssi. [redacted] gnis grando nix glacies
spiritus procellarũ que faciũt verbũ eius
[redacted] ontes ⁊ omẽs colles ligna fructifera et
omnes cedri [redacted] estie ⁊ vniuersa pecora: ser
pentes ⁊ volucres pennate [redacted] eges terre ⁊
omẽs populi principes ⁊ oẽs iudices ter=
re [redacted] uuenes ⁊ virgines senes cũ iunioribꝰ
laudẽt nomẽ dñi: qꝛ exaltatũ est nomẽ ei⁹
solius [redacted] õfessio ei⁹ sup celũ ⁊ terrã: ⁊ exal
tauit cornu populi sui [redacted] ymn⁹ oĩbus sctis
ei⁹: filiis isrl̃ populo appropĩquanti sibi
[redacted] Antate dño cãticũ nouũ: laus ei⁹ in
eccl̃ia sctõrũ [redacted] etet̃ isrl̃ ĩ eo q̃ fecit eũ
⁊ filie syõ exultẽt ĩ rege suo [redacted] audẽt nomẽ

eius ī choro:ī tympano ⁊ psalterio psallāt ei. Quia bñplacitū est dño in populo suo: ⁊ exaltauit māsuetos in salutē Exultabūt sancti ī gloria:letabūtur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eorū : ⁊ gladii ancipites in manibus eorum Ad faciēdam vindictā in nationibus: increpatiōes in populis. Ad alligandos reges eorū in cōpedibus:⁊ nobiles eorū in manicis ferreis Ut faciant in eis iudiciū conscriptū: gloria hec est omnibus sanctis eis Ps

Laudate dñm in sctīs eiꝰ:laudate eū in firmamēto virtutis eius Laudate eū in ꝟtutibꝰ eius:audate eū scdm multitudinē magnitudinis eius. Laudate eū in sono tube:laudate eū in psalterio et cythara Laudate eum in tympano ⁊ choro: laudate eū ī cordis ⁊ organo Laudate eū in cymbalis bñsonantibus: laudate eum ī cymbalis iubilationis:oīs spūs laudet dominū Gloria patri. Sicut erat.ān. O admirabile cōmercium creator generis humani aiatū corpus sumēs de virgine nasci dignatus est ⁊ ꝓcedens homo sine semine largitus est nobis suā deitatē. Cpm

Maria virgo semper letare q̄ meruisti christum portare celi ⁊ terre condi=

torē quia de tuo vtero ꝓtuliſti mūdi ſalua
torem. Deo gratias. ℍymnus
Glorioſa femina excelſa ſupra ſide=
ra qui te creauit ꝓuide lactaſti ſacro
vbere. Quod eua triſtis abſtulit tu reddi ſ
almo germine intrent vt aſtra flebiles ce=
li feneſtra facta es. U regis alti ianua et
porta lucis fulgida vitā datā ꝑ virginē gē
tes redēpte plaudite. Gloria tibi domine
qui natꝰ es de virgine cū patre ⁊ ſctō ſpū
in ſempiterna ſecula. Amen. ℣. Elegit eā
deus ⁊ preelegit eā. ℟. Et habitare facit
eam in tabernaculo ſuo. ān. Oglorioſa. ꝑs
Benedictus dñs deꝰ iſrael: qꝛ viſita=
uit ⁊ fecit redemptionem plebis ſue
t erexit cornu ſalutis nobis: ī domo da
uid pueri ſui. Sicut locutus eſt ꝑ os ſan=
ctorū: qui a ſeculo ſunt prophetarum eius
ſalutē ex inimicis noſtris ⁊ de manu om
niū qui oderunt nos. Ad faciendā miam
cū patribus noſtris: et memorari teſtamē=
ti ſui ſancti uſiuradum quod iurauit ad
abraham patrem noſtrū: daturū ſe nobis.
t ſine timore de manu inimicorū noſtro
rum liberati: ſeruiamus illi in ſctitate ⁊
iuſticia coꝝ ipſo: omnibus diebus noſtris
t tu puer propheta altiſſimi vocaberis:



preibis enī ante faciē dñi parare vias eius
ad dādam scientiā salutis plebi ei⁹: in re
missionē peccatorū eorū per viscera mi=
sericordie dei nostri ī quibus visitauit nos
oriens ex alto illuminare his qui in tene
bris ⁊ in vmbra mortis sedent: ad dirigen
dos pedes nostros in viā pacis gloria. ā
O gloriosa dei genitrix virgo semp maria
que dñm omniū meruisti portare ⁊ regem
angelorū sola virgo lactare nostri q̄sum⁹
pia memorare et pro nobis christū depre=
care vt tuis fulti patrociniis ad celestia re
gna mereamur ꝑuenire. ℣. Ostende nobis
dñe mīam tuā. Et salutare tuū da nobis.
Concede nos famulos tuos q̄sumus
dñe deus ꝑpetua mentis et corporis
salute gaudere: ⁊ gloriosa beate marie sē=
per virginis intercessione: a presenti libe=
rari tristicia: ⁊ eterna perfrui leticia. Per
christū dñm nostrū. Amē. Bñdicam⁹ do=
mino. Deo gratias. ān. Veni sancte spūs
reple tuorū corda fidelium et tui amoris ī
eis ignē accende. ℣. Emitte spiritū tuū et
creabūtur. ℟. Et renouabis faciē terre.
Deus q̄ corda fideliū sācti spūs illu=
stratione docuisti da nobis ī eodē spi
ritu recta sapere: ⁊ de eius semp sctā con=

solatõe gaudere. Per xp̃m.

Libera nos/salua nos/iustifica nos/o beata trinitas .℣. Sit nomẽ dñi bñdictũ. ℟. Ex hoc nunc ⁊ vsq3 in seculũ

Oratio

Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriã agnoscere: et in potentia maiestatis adorare vnitatẽ: q̃sumus: vt eiusdẽ fidei firmitate ab o[illegible]bus semp̃ muniamur aduersis. In qua viuis ⁊ regnas. ãn. Nos autẽ gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi. ℣. Omnis terra adoret te de⁹ ⁊ psallat tibi. ℟. Psalmũ dicat nomini tuo.

Oratio

Deus qui sanctã crucẽ ascendisti: et mũdi tenebras illuminasti: tu corda ⁊ corpora nostra per virtutẽ sancte crucis illuminare visitare et confortare dignare Qui viuis. ⁊c. ã. Michael archãgele veni in adiutoriũ populo dei. ℣. In cõspectu angelorũ psallã tibi de⁹ me⁹. ℟. Adorabo ad tẽplũ sctm̃ tuũ ⁊ ꝯfitebor noi tuo. Orõ

Deus qui miro ordine angelorũ ministeria hominũq3 dispensas: cõcede ꝓpicius: vt q̃bus tibi ministrantibus in celo semper assistitur ab his in terra vita nostra muniatur. Per dominũ. ⁊c.

Inter natos mulierũ nõ surrexit maior iohanne baptista. ℣. Fuit homo missus a deo. ℟. Cui nomẽ erat iohannes. ¶ Orõ.

Perpetuis nos dñe sancti iohannis baptiste tuere presidiis: et quãto fragiliores sumus: tanto magis necessariis attolle suffragiis. Per dominũ.

ãn. Petrus apostolus ⁊ paulus doctor gẽtiũ ipsi nos docuerũt legẽ tuã dñe. ℣. In omnem terrã exiuit sonus eorũ. ℟. Et ĩ fines orbis terre verba eorũ ¶ Oremus

Deus cuius dextera beatum petrum apostolũ ambulantẽ in fluctibus nẽ mergeretur erexit: ⁊ coapostolũ eius paulum tercio naufragantẽ de profundo pelagi liberauit: exaudi nos ꝓpicius ⁊ concede: vt amborũ meritis eternitatis gloriaꝫ consequamur. Per dominũ. ãn. ¶ Andreas christi famulus dignus deo apostolus germanus petri ⁊ in passione socius. ℣. Dilexit andreã dominus. ℟. In odorẽ suauitatis. ¶ Oratio.

Maiestatem tuam domine suppliciter exoramus: vt sicut ecclesie tue beatus andreas apostolus extitit predicator ⁊ rector: ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per christum. ⁊c.

De ſctō iohanne euāgeliſta. ān

Iſte eſt iohannes qui ſupra pectus dñi i cena recubuit beatus apoſtolus cui reuelata ſūt ſecreta celeſtia. ℣. Valde venerādus eſt beatus iohannes euangeliſta. ℟. Qui ſupra pect⁹ dñi i cena recubuit. Orō.

Eccleſiam tuā qs dñe benignus illuſtra: vt beati iohannis apoſtoli tui et euangeliſte illuminata doctrinis ad dona perueniat ſempiterna. Per dominū. ān.

Laurentius bonum opus operatus eſt qui per ſignū ſācte crucis cecos illuminauit. ℣. Diſperſit dedit pauperibus. ℟. Juſticia eius manet in ſeculū ſeculi. Orō.

A nobis qs omnipotens deus: vicio rū noſtrorū flammas extinguere: q beato laurentio martyri tuo tribuiſti tormentorū ſuorū incēdia ſuperare. Per. ā.

Stephanus vidit celos apertos vidit et introiuit beatus homo cui celi patebūt. ℣. Gloria et honore coronaſti eū dñe. ℟. Et cōſtituiſti eū ſup opera manuū tuarū.

A nobis qs dñe imitari qd colimus: vt diſcamus et inimicos diligere: q eius cōmemoratione celebramus: q nouit etiā pro perſecutoribus ſuis exorare dñm noſtrū ieſū chriſtū filiū tuum. ꝛc. ān.

Tu per thome sanguinē quē ꝓ te impē dit fac nos xp̄e scandere quo thomas ascē dit. ℣. Gloria et honore. vt s̄. Orō.

Eus ꝓ cui⁹ ecclesia gloriosus martir ⁊ pōtifex thomas gladiis impiorum occubuit: presta q̄s. vt oēs qui ei⁹ implorāt auxilium: pie peticionis sue salutarem cōsequantur effectum. Per dn̄m. ān.

Beatus nicolaus adhuc puerulus multo ieiunio macerabat corpus. ℣. Ora pro nobis beate nicolae. ℟. Ut digni. Orō.

Eus qui beatum nicolaū piū pōtificē tuū inumeris decorasti miraculis tribue nobis q̄sumus: vt ei⁹ meritis ⁊ precibus a gehenne incēdiis liberemur. Per christum dominum nostrum. Amen. ān.

Maria ergo vnxit pedes iesu ⁊ extersit capillis capitis sui et domus īpleta est ex odore vnguenti. ℣. Dimissa sūt ei peccata multa. ℟. Qm̄ dilexit multū. Orō.

Argire nobis clementissime pater ꝙ sicut beata maria magdalena vnigenitū tuum sup oīa diligēdo suorū obtinuit veniā peccaminū: ita nobis apud mīam tuam sēpiternā impetret btītudinē. Per. ā.

Virgo sancta katherina grecie gemma vrbe alexādrina costi regis erat filia. ℣.

Ora pro nobis beata katherina. ℟. Ut digni efficiamur ꝓmissionibus christi. Orõ.

OMnipotens sempiterne deus q̃ gloriose virginis ꝛ martiris tue katherine corpus in montem synay ab angelis deferri iussisti: cõcede propicius. vt eius obtentu nos ad arcem virtutum prouehi vbi visionis tue claritatem mereamur intueri ℣per christum dñm nostrum. Amen. ān.

ERat autem margareta annorum quindecim cum ab impio olibrio traderetur in carcerem. ℣. Specie tua ꝛ pulchritudine tua. ℟. Intẽde ꝓspere ꝓcede ꝛ regna. orõ

DEus qui beatã virginem margaretam ad celos ꝑ martyrii palmã venire feciſti: concede nobis quesumus. vt eiꝰ exempla sequentes ad te pertingere mereamur. ℣per dominũ nostrum iesũ. ꝛc. ān.

CUm steteritis ante reges ꝛ pñides nolite cogitare qualiter respondeatis: dabit enim vobis in illa hora quid loquamini. ℣. In oẽm terrã. ℟. Et in fines

Oratio.

DOncede quesumus omipotens deꝰ vt sicut apostolorũ tuorum. ℣. ꝛ ℣. iugiter cõmemorationẽ agimus: sic ad tua beneficia promerenda maiestatem tuam ꝓpi pro nobis exorent. ℣per dominũ. ān.

Omnes ſancti ꝛ electi dei noſtri memoramini ante deũ: vt veſtris precibus adiuti mereamur vobis adiungi. ℣. Letamini in domino et exultate iuſti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

Vniũ ſanctorũ tuorũ queſumus domine interceſſione placat⁹ et veniã nobis delictorũ tribue: et remedia ſempiterna concede. Per chriſtum dñm. ꝛc. ãn.

Da pacẽ dñe in diebus noſtris qꝛ nõ eſt alius qui pugnet pro nobis niſi tu deus noſter. ℣. Dñe fiat pax in virtute tua. Et abũdantia in turribus tuis.

Oratio.

Deus a quo ſancta deſideria recta cõ conſilia ꝛ iuſta ſunt opera: da ſeruis tuis illam quam mundus dare non poteſt pacem: vt et corda noſtra mandatis tuis dedita: et hoſtium ſublata formidine: tẽpora ſint tua protectione tranquilla. Per dominũ noſtrum. ꝛc. Benedicamus dño. Deo gratias.

De ſancta cruce.

Atrix ſapientia veritas diuina. De=
us homo captus eſt hora matutina.

A notis discipulis cito derelict⁹ A iudeis traditus venditus afflictus.ān. Adoram⁹ te christe ⁊ benedicim⁹ tibi. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Oremus

DOmine iesu christe fili dei viui pone passionem crucem et mortem tuam inter iudicium tum ⁊ animas nostras nūc ⁊ in hora mortis nostre: largire dignerís viuis misericordiam ⁊ gratiam/ defūctis requiē ⁊ veniā/ eccleſie tue ſctē pacem ⁊ cōcordiam/ et nobis peccatoribus vitam et gloriam ſempiternam. Qui cum patre et ſpiritu ſancto viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Glorioſa paſſio domini noſtri ieſu chriſti eruat nos a dolore triſti et perducat nos ad gaudia paradiſi.

Atris cor virgineū trina totum triuit. Quando ſuum filium nocte captum ſciuit. Ductum ad pretorium mane cum audiuit. Frequens dans ſuſpiriū ſepe ſingultiuit.ān. Te laudamus et rogamus mater ieſu chriſti. Ut intendas ⁊ defendas nos a morte triſti.

DOmine ſancte ieſu fili dulcis virgis marie: qui pro nobis mortem in cru

ce toleraſti fac nobiſcum miſericordiam tuam: et da nobis et cunctis compaſſionē tue ſanctiſſime matris deuote recolentibus eius amore huius vitam in preſenti gratioſam: et tua pietate gloriam in futuro ſempiternam. Jn qua viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorū. Amen.

Tremoſa compaſſio dulciſſime dei matris perducat nos ad gaudia ſummi celi patris Amen. Benedicamus domino. Deo gratias.

+

Ad primam.

Ens in adiutoriū meū intende Do
mine ad adiuuandū me festina Glo
ria patri Sicut erat. etc. Hymnus

Eni creator spiritus mentes tuorũ
visita imple superna grã que tu cre=
asti pectora emẽto salutis auctor quod
nostri quondã corporis ex illibata virgine
nascẽdo forma sũpseris. Maria plena gra
tie mater mie tu nos ab hoste ꝓtege ⁊ ho=
ra mortis suscipe Gloria tibi dñe qui na=
tus es de virgine cum patre ⁊ sancto spiri
tu in sempiterna secula. Amen. ãn. O ad=
mirabile. Psalmus.

Deus in nomine tuo saluum me fac:
et in virtute tua iudica me Deus ex
audi orationẽ meam: auribus ꝑcipe verba
oris mei Quoniam alieni ĩsurrexerunt aduersũ
me/ ⁊ fortes quesierũt animã meam: ⁊ nõ
proposuerũt deum ante conspectũ suum.
Ecce enim deus adiuuat me: ⁊ dñs susce
ptor est aĩe mee. uerte mala ĩimicis me
is: ⁊ in veritate tua disperde illos Volun=
tarie sacrificabo tibi: ⁊ confitebor nomini
tuo dñe qm̃ bonũ est Quoniam ex omni tribula
tione eripuisti me: ⁊ super inimicos meos
despexit oculus meus Gloria patri. ps.

Laudate dominũ omẽs gẽtes: lauda
te eũ oẽs populi Quoniam confirmata est
super nos misericordia eius: ⁊ veritas do
mini manet ineternum. Gloria patri. ps.

Onfitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in se
culũ mĩa eius [illegible]icat nunc israel qm̃
bonus: qm̃ in seculũ mĩa eius [illegible]icat nunc
domus aaron qm̃ bon⁹: qm̃ in seculũ mĩa
eius [illegible]icãt nũc q̃ timẽt dñm: qm̃ in seculũ
mĩa eius [illegible]e tribulatione inuocaui dñm ⁊
exaudiuit me in latitudine dñs. [illegible]ñs mi=
chi adiutor: non timebo quid faciat michi
homo. [illegible]ñs michi adiutor: ⁊ ego despiciã
inimicos meos. [illegible]onũ est confidere in do
mino: q̃ cõfidere in homine [illegible]onũ est spe
rare in dño: q̃ sperare in principibus [illegible]m
nes gentes circuierũt me: ⁊ in nomine do=
mini quia vltus sũ in eos. [illegible]ircundantes
circundederũt me: ⁊ in nomine domini qꝛ
vltus sum in eos. [illegible]ircũdederũt me sicut
apes ⁊ exarserunt sicut ignis in spinis: ⁊ in
nomine domini quia vltus sũ in eos. [illegible]m
pulsus euersus sum vt caderem: ⁊ dñs su=
scepit me [illegible]ortitudo mea ⁊ laus mea do=
minus: ⁊ factus est michi in salutem. [illegible]ox
exultationis ⁊ salutis: in tabernaculis iu=
storum [illegible]extera domini fecit virtutẽ dex
tera domini exaltauit me: dextera dñi fe=
cit virtutem [illegible]on moriar sed viuã: ⁊ narra
bo opera dñi [illegible]astigãs castigauit me dñs
et morti non tradidit me. [illegible]perite michi

portas iusticie in gressus in eas cõfitebor dño: hec porta domini iusti intrabũt in eã. [illegible]onfitebor tibi dñe qñ exaudisti me: & factus es michi in salutem. [illegible]pidem quem reprobauerũt edificantes hic factus est i caput anguli. [illegible] domino factum est istud & est mirabile in oculis nostris. [illegible]ec est dies quam fecit dominꝰ exultemus et letemur in ea. [illegible] domine saluum me fac/ o domine bene prosperare: bñdictꝰ qui venit in noĩe dñi. [illegible]ñdiximꝰ vobis de domo dñi: deus dñs & illuxit nobis. [illegible]ōstituite diẽ solennẽ in cōdẽsis: vsq; ad cornu altaris. [illegible]eꝰ meus es tu & confitebor tibi deꝰ meus es tu: & exaltabo te. [illegible]ōfitebor tibi qñ exaudisti me: & factꝰ es michi i salutẽ. [illegible]ōfitemi dño qñ bonꝰ: qñ in sclm mia eiꝰ. [illegible]lia. ān. O admirabile cõmerciũ creator generis humani aiatũ corpus sumens de ṽgine nasci dignatus est & ꝓcedens homo sine semine largitus est nobis suam deitatem. Cp̃m. [illegible]oibus requiem q̃siui et in heredi- [illegible]ñi morabor tũc precepit & dixit [illegible]or oĩm & qui creauit me requie- [illegible]uit i tabernaculo meo. Deo grãs. ℟. Aue maria gratia plena dominus tecum. Aue maria. ℟ꝰ. Benedicta tu in mulieribus

⁊ bñdictus fructus ventris tui. Dñs tecũ. Gloria patri. Aue maria. ℣. Sãcta dei genitrix virgo semper maria. Intercede ꝓ nobis ad dñm deũ nr̃m. Dñe exaudi. Orõ.

Concede nos famulos tuos q̃s dñe deus ꝑpetua mentis ⁊ corporis salute gaudere: ⁊ gloriosa beate marie sẽper virginis intercessione a presẽti liberari tristicia: ⁊ eterna perfrui leticia. Per.

Ora prima ductꝰ ẽ iesus ad pilatũ. Falsis testimoniis multũ accusatũ. In collo percutiunt manibus ligatũ. Vultũ dei conspuũt lumẽ celi gratũ. ã. Adoramꝰ. Orõ.

ñe iesu. vt supra.

Ora prima videns dña flagellatũ. Suum vnigenitũ turpiter tractatũ. Collaphis ⁊ alapis sputo deformatum. Manus torquens grauiter ruit iploratũ. ãn. Te laudamus ⁊ rogamꝰ. vt̃s

Domine sãcte iesu fili dulcis ℣ginis. vt̃s

Ad terciam.

[redacted]Eus in adiutoriũ meũ intende [redacted]o=
mine ad adiuuandũ me festina [redacted]lo=
ria patri icut erat. ꝛc. Hymnus.

eni creator. ān. Quando natus. ps.
D dominum cum tribularer clama=
ui: ⁊ exaudiuit me Domine libera aī
mam meam a labiis iniquis: ⁊ a lingua do
losa. Quid detur tibi aut quid appona=
tur tibi ad linguā dolosam. agitte poten
tis acute: cum carbonibus desolatoriis.
Heu michi quia incolatus meus prolon=
gatus est / habitaui cum habitantibus ce=
dar: multum incola fuit anima mea Cum
hiis qui oderunt pacē eram pacificus: cū
loquebar illis impugnabant me gratis.
Gloria patri. Sicut erat. ⁊c. ps.
Euaui oculos meos in montes: vn=
de veniet auxilium michi Auxilium
meum a domino: qui fecit celum ⁊ terram
Non det in commotionem pedem tuum:
neq; dormitet qui custodit te. cce non
dormitabit neq; dormiet: qui custodit isra
el. Dominus custodit te dominus prote=
ctio tua super manū dexterā tuam Per di
em sol non vret te: neq; luna per noctem.
ñs custodit te ab omni malo: custodiat
animam tuam dominus Dominus custo
diat introitum tuum ⁊ exitum tuū: ex hoc
nunc et vsq; in seculū Gloria. ps.
Etatus sum in his que dicta sūt mi

chi:in domũ dñi ibimus ▮ tantes erãt pedes nostri:in atrijs tuis hierusalẽ ▮ ierusalem que edificatur vt ciuitas:cuius participatio eius in idipsum ▮ illuc enim ascenderũt tribus tribus dñi: testimoniũ israel ad confitendũ noi dñi ▮ quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum dauid ▮ ogate q̃ ad pacem sunt hierusalem: et abundantia diligentibus te ▮ iat pax in virtute tua:z abundantia in turribus tuis. ▮ ropter fratres meos et proximos meos:loquebar pacem de te ▮ ropter domũ dñi dei nostri quesiui bona tibi ▮ loria.ãn.

℟. Quando natus es ineffabiliter ex virgine tunc implete sunt scripture sicut pluuia in vellus descendisti: vt saluum faceres genus humanum te laudamus deus noster. ℣. Capitulum.

▮ Initio et ante secula creata sum et vsqz ad futurum seculũ non desinã: et in habitatione sancta coã ipso ministraui Deo gratias. ℟. Sctã dei genitrix virgo semp maria. Sctã dei. ℣. Intercede p nobis ad dñm deũ nostrũ. Virgo. Glia. Sãcta dei. ℣. Post partũ virgo inuiolata permansisti. ℟. Dei genitrix intercede p nobis. Orõ. ▮ oncede nos famulos: vtẽ.

Crucifige clamitāt hora terciarū. Illusus induitur veste purpurarū. Caput eius pongit corona spinarū. Crucem portat humeris ad locū penarū. ā. Adoramus te christe. vt supra. Oratio. Dñe iesu xp̄e fili dei. vt s̄

Idens virgo virginum hora terciarum. Caput punctū filii corona spinarum. Cucem fert scapulis ad loca penarum. Heu dolore sternitur luto platearū. ān. Te laudamus ⁊ rogamus. vt supra. Oratio Domine sancte iesu fili dulcis virginis. vt supra.

Ad sextam.

Deus in adiutoriū meū intende o=
mine ad adiuuandū me festina glo=
ria patri sicut erat. ꝛc. Hymnus.

Veni creator spiritus. ā. Rubum ps.
Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Ecce sicut oculi seruorū: in manibus dñorum suorū. Sicut oculi ancille in manibus domine sue ita oculi nostri ad dominum deum nostrum: donec misereatur nostri. Miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione. Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus et despectio superbis. Gloria. ps.
Nisi quia dominus erat in nobis dicat nunc israel: nisi qr dominus erat in nobis. Cum exurgerēt homines in nos forte viuos deglutissent nos. Cum irasceretur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos. Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan pertransisset aīma nostra aquam intolerabilem. Benedictus dominus qui non dedit nos: in captione dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantiū. Laqueus contritus est: ⁊ nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine domini: qui fecit celum ⁊ terram. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper. ⁊c. ps.

confidunt in domino sicut mons
on: non cõmouebitur in eternum
qui habitat in hierusalem. ☐ ontes in cir-
cuitu eius et dominus in circuitu populi
sui: ex hoc nunc et vsq3 in seculum. ☐ uia
non relinquet dominus virgam peccato-
rum super sortem iustorum: vt non exten
dant iusti ad iniquitatem manus suas ☐ e
ne fac domine: bonis et rectis corde. ☐ e
clinantes autem in obligationes adducet
dominus cum operantibus iniquitatem:
pax super israel. ☐ loria patri et filio ⁊ spi
ritui sancto. ☐ icut erat in principio ⁊ nũc
et sẽper: et in secula seculorũ amẽ. ān. ℟u
bum quem viderat moyses incumbustum
conseruatã agnouimus tuam laudabilem
virginitatem dei genitrix intercede pro
nobis. ℣ Capitulum
☐ T sic in syon firmata sum et in ciuita
te sanctificata similiter requieui ⁊ in
hierusalem potestas mea. ℟eo gratias. ℟
℣ost partum virgo ℑnuiolata permansi-
sti ℣ost partum. ℟. Dei genitrix intercede
pro nobis. ℑnuiolata permansisti. Gloria
patri. ℣ost partum. ℟. Speciosa facta es
et suauis in deliciis tuis sãcta dei genitrix
Dõ ☐ oncede nos famulos tuos. vt sup.

Ora sexta iesus est cruci cum clauat⁹. Atq; cum latronibus pēdens deputatus. Pretor mentis sitiens felle saturatus. Agnus crimen diluit sic ludificat⁹. ā. Adoramus te xp̄e. vt̄s. Orō. [redacted]omine iesu xp̄e vt̄s

[redacted]Ora sexta respicit matrē suū natum Obsitū vulneribus in cruce leuatū. Inter fures positum felleq; potatum. Illa secum centies reddit eius latum. ā. Te laudamus ⁊ rogamus vt̄s. Orō. [redacted]omine sācte iesu fili dulcis virginis marie vt̄s

Ad nonam

Eus in adiutoriũ meũ intende Do=
mine ad adiuuandũ me festina Glo=
ria patri & icut erat. ꝛc. Hymnus.

[illegible]ator.ãn. Germinauit. [illegible] ps.
[illegible]nuertendo dominus captiuita-
[illegible]on: facti sumus sicut consola-
[illegible]ne repletum est gaudio os nostrum
et lingua nostra exultatione. [illegible] unc di-
cent inter gentes: magnificauit dominus
facere cum eis. [illegible] agnificauit dominus fa
cere nobiscum: facti sumus letantes. ō
uertere domine captiuitatem nostram: si-
cut torrens in austro. [illegible] ui seminant in la
chrimis: in exultatione metent. [illegible] untes
ibant et flebant: mitentes semina sua [illegible] e
nientes autem venient cum exultatione:
portantes manipulos suos. loria patri
et filio: et spiritui sancto. [illegible] icut erat. ps.
[illegible] Isi dominus edificauerit domum:
[illegible] in vanum laborauerunt qui edificāt
eam. [illegible] isi dominus custodierit ciuitatem
frustra vigilat qui custodit eam. [illegible] anum
est vobis ante lucem surgere: surgite post
q̄ sederitis qui manducatis panem dolo-
ris. [illegible] um dederit dilectis suis sōnum: ec
ce hereditas domini filii merces fructus
ventris. [illegible] icut sagitte in manu potentis:
ita filii excussorum. [illegible] eatus vir qui imple
uit desiderium suum ex ipsis non confun-
detur: cum loquetur inimicis suis in por-

ta. Gloria patri et filio Psalmus
Beati omnes qui timent dominum: qui ambulant in viis eius. Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es et bene tibi erit. Uxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tue. Filii tui sicut nouelle oliuarum: in circuitu mense tue. Ecce sic benedicetur homo qui timet dñm. Benedicat tibi dñs ex syon & videas bona hierusalē omnibus diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorum pacem super israel. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nūc & semper: et in secula seculorū amē ā. Germinauit radix iesse orta est stella ex iacob virgo peperit saluatorem te laudamus deus noster. Ꝟ capitulū.
In radicaui in populo honorificato: & i partes dei mei hereditas illi⁹ & in plenitudine sanctorum detētio mea: Deo gratias. Ꝛ. Speciosa facta es et suauis. Speciosa. ỻ. In deliciis tuis sancta dei genitrix. Et suauis. Gloria patri. Speciosa. ỻ. Dignare me laudare te virgo sacrata. Da michi virtutem contra hostes tuos Domine exaudi. Et clamor meus. Ꝺrō. Concede nos famulos tuos. &c.

Ora nona domin⁹ iesus expirauit. Heli clamans spiritum patri commendauit. Latus eius lancea miles pforauit. Terra tunc contremuit et sol obscurauit. ā. Adoram⁹ te christe et benedicim⁹ tibi ⁊c̄. Orem⁹ Domine iesu xp̄e fili dei viui vt s̄.

Ora nona flebilis cernit expirantem Patri dando spiritum eloi clamantem. Militem cum lancea latus perforātē. Cadit tunc in extasim dolor sternit stātem. ān. Te laudamus ⁊ rogamus mater iesu christi. Ut intendas et defendas nos a morte tristi. Oremus Domine sācte iesu fili dulcis. vt supra.

Ad vesperas.

Eus in adiutorium meum intende.
d omine ad adiuuandum me festi
na loria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sctō

Sicut erat in principio et nunc ⁊ semper ⁊ in secula seculorum. Amen. Alleluya. ā. Post partum virgo. Psalmi.

Letatus sum. Ad te leuaui Nisi quia dominus. Qui confidunt in domino In cōuertendo dominus. vt supra. ā. Post partum virgo inuiolata permansisti dei genitrix intercede pro nobis. Capitulū.

Beata es maria que dominū portasti creatorē mundi genuisti qui te fecit ⁊ in eternū permanes virgo. Deo. g. Hy⁹

Ue maris stella dei mater alma atq; semper virgo felix celi porta Sumens illud aue gabrielis ore funda nos in pace mutans nomen eue Solue vincla reis profer lumē cecis mala nostra pelle bona cuncta posce. Monstra te esse matrem sumat per te preces qui pro nobis natus tulit esse tuus. Virgo singularis inter omnes mitis nos culpis solutos mites fac et castos. Vitam presta puram iter para tutum vt videntes iesum semp colletemur. Sit laus deo patri summo christo decus spiritui sancto trinus bonor vnus. Amen ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in eternum. ān. Sancta maria.

Canticum beate marie

Magnificat:anima mea dominum.
Et exultauit spiritus meus:in deo
salutari meo. Quia respexit humilitatem
ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me
dicent omēs generationes Quia fecit mi-
chi magna qui potens est: et sanctum no-
men eius. Et misericordia eius a proge-
nie in progenies: timentibus eum. Fecit
potentiam in brachio suo:dispersit super-
bos mente cordis sui Deposuit potentes
de sede:et exaltauit humiles Esurientes
implenit bonis: et diuites dimisit inanes.
Suscepit israel puerum suum: recorda-
tus misericordie sue Sicut locutus est ad
patres nostros: abraham et semini eius in
secula. Gloria patri et filio: et spiritui san
cto. Sicut erat in principio et nunc et sem-
per et in secula seculorum. Amen. Aña.
Sācta maria succurre miseris iuua pu
sillanimes refoue flebiles ora pro populo
interueni pro clero intercede pro deuoto
femineo sexu. Domine exaudi orationem
meā. Et clamor meus ad te veniat. Orō.
Concede nos nos famulos tuos quesu-
mus domine deus ppetua mentis et cor-
poris salute gaudere. vt supra.



De cruce deponitur hora vespertina. Fortitudo latuit in mente diuina. Talem mortem subiit vite medicia. Heu corona glorie iacuit supina. ān. Adoramus te christe. Oro. Domine ihesu xpe. fili dei viui ꝛc.

De cruce depositum hora vesperarū Mater cum aspiceret eius natū carum. Osculās amplectitur pignus celi clarum. Corpus eius madidat stillis lachrimarum. ā. Te laudam⁹ ꝛ rogamus. Oro. Domine sancte ihesu fili. vtꝫ.

Ad completorium

Onuerte nos deus ſalutaris noſter
et auerte iram tuam a nobis e
us in adiutorium meū intende o=

mine ad adiuuandum me festina. Gloria patri ⁊ filio. ⁊c̄. Sicut erat ī principio. vt s̄ [illegible] Cum iocunditate. Psalmus.

Usquequo domine obliuisceris me ī [illegible]inem: vsquequo auertis faciem tuā [illegible] uādiu ponam consilia in aīa mea: dolorē in corde meo per diem Usquequo exaltabitur inimicus meus sup̄ me respice: ⁊ exaudi me dn̄e deus me⁹. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eum Qui tribulāt me exultabunt si motus fuero: ego autē in misericordia tua speraui. Exultabit cor meum in salutari tuo cantabo domino qui bona tribuit michi: ⁊ psallā nomini domini altissimi Gloria patri. Sicut erat. ⁊c̄. Ps̄.

Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo ⁊ doloso erue me Quia tu es deus fortitudo mea quare me repulisti ⁊ quare tristis incedo: dum affligit me inimicus Emitte lucem tuam et veritatē tuam: ipsa me deduxerūt et adduxerunt in montē sanctum tuum: ⁊ ī tabernacula tua Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meam. Confitebor tibi in cy

thara deus deus meus quare tristis es anima mea: et quare conturbas me. ℟ spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus ℣ gloria. ps.

Epe expugnauerunt me a iuuentute mea: dicat nunc israel. ℟ epe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt michi ℣ supra dorsum meũ fabricauerunt peccatores: prolongauerũt iniquitatem suam ℟ dominus iustus concidet ceruices peccatorũ: confũdantur ⁊ cõuertantur retrorsũ omẽs qui oderũt syon ℣ iãt sicut fenum tectorũ: qđ priusq̃ euellatur exaruit ℟ e quo non impleuit manũ suam qui metet et sinũ suum qui manipulos colliget ℣ t non dixerunt qui preteribant benedictio domini super vos: benedicimus vobis i nomine domini ℟ gloria patri ℣ icut erat. ⁊c̃ ℟ Psalmus

Omine non est exaltatum cor meũ: neq; elati sũt oculi mei neq; ambulaui in magnis: neq; i mirabilibus sup me ℣ i non humiliter sentiebam: sed exaltaui animã meã ℟ icut ablactatus est sup matre sua: ita retributio in aia mea ℣ peret israel in dño: ex hoc nunc ⁊ vsq; in seculum. ℟ gloria patri ⁊ filio. ℣ icut erat. ⁊c̃. ℟ ãn.

Cum iocunditate memoriã beate marie celebremus vt ipsa pro nobis intercedat ad dominũ iesum christũ. Cpm

Icut cinamomũ ⁊ balsamũ aroma tizans odorem dedi quasi mirra electa dedi suauitatẽ odoris. Deo grãs. Hy⁹

Irgo singularis inter omnes mitis nos culpis solutos mites fac et casteo itam presta puram iter para tutum vt videntes iesum semp colletemur. it laus deo patri summo christo decus spiritui sancto trinus honor vnus. Amen. ℣⁹. Elegit eam deus ⁊ preelegit eã. ℟. Et habitare facit eam in tabernaculo suo. ãn. Glorificamus te. Psalmus

Unc dimittis seruũ tuum dñe: secũdũ verbũ tuum in pace uia viderunt oculi mei salutare tuũ uod parasti: ante faciẽ oĩm populorũ umẽ ad reuelationẽ gentium: et gloriam plebis tue israel loria patri. ã. Glorificamus te dei genitrix quia ex te natus est xps salua oĩs qui te glorificant. Domine exaudi. Orõ.

Ratiam tuã qsumus dñe mentibus nostris infunde: vt qui angelo nunciante christi filu tui incarnationẽ cognouimus: per passionẽ eius ⁊ crucẽ ad resurre-

ctionis gloriam pducamur. Per christũ.

Hora cõpletorii datur sepulture. Corpus christi nobile spes vite future. Conditur aromate complentur scripture Iugis sit memoria mors hec michi cure. Has horas canonicas cum deuotiõe. Tibi christe recolo pia ratiõe. Ut sicut tu passus es penas in agone. Sic labori consonãs consors sim corone. ãn. Adoramus te christe. vtš. Orõ Domine iesu christe. ꝛc.

Hora completorii mater properatur. Ut lugeret filium vbi tumulatur. Nec vult hinc recedere sed ibi moratur. Usqꝫ dum ad filium tandem exaltatur. Ergo mater miseris miserere mitis Pro quibus compateris p̃sso botro vitis Nos a peste funeris salua fuga ditis. Et nos iuge ceteris vita redimitis. ã. Te laudamꝰ et rogamus. vtš. Orõ Domine sancte fili dulcis. vtš.

Salue regina misericordie vita dulcedo et spes nostra salue. Ad te clamamus exules filii eue Ad te suspiramus gementes ꝛ flentes in hac lachrimarum valle. Eya ergo aduocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et iesũ benedictum fructũ ventris tui nobis

post hoc exiliū ostende. O clemens O pia O dulcis maria. Virgo mater ecclie eterna porta glorie esto nobis refugium apud patrem et filium. O clemens. Virgo clemens virgo pia virgo dulcis o maria exaudi preces omnium ad te pie clamantiū. O pia. Funde preces tuo nato crucifixo vulnerato et pro nobis flagellato spinis puncto felle potato. O dulcis. Gloriosa dei mater cuius natus extat pater ora pro nobis omnibus qui tuam memoriam agimus. O maria dele culpas miserorum terge sordes peccatorum dona nobis beatorum vitam tuis precibus. O mitis vt nos saluet a peccatis pro amore tue matris et ad regnum claritatis nos ducat rex pietatis. O clemens. O pia. O dulcis. O mitis maria salue. ℣ Aue maria gratia plena dominus tecum. ℟ Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructꝰ vētris tui. Orō.

Omnipotēs sempiterne deus qui gloriose virginis et matris marie corpꝰ et animam vt dignum filii tui habitaculū effici mereretur spiritusancto cooperante mirabiliter preparasti: da vt cuius commemoratione letamur: eius pia itercessione ab instantibus malis et a morte perpe-

tua liberemur. Per eũdem xp̃m dñm no.

Aude virgo mater christi que ꝑ aurẽ cõcepisti gabriele nũcio. Aude qꝛ deo plena peperisti sine pena cũ pudoris lilio Aude qꝛ tui nati quã videbas mortem pati fulget resurrectio Aude christo ascendente ⁊ in celum te vidente motu fertur proprio. Aude ꝙ post ipsum scandis ⁊ est honor tibi grandis ĩ celi palatio. Ubi fructus ventris tui per te detur nobis frui in ꝑhenni gaudio. ℣. Benedicta es a filio tuo domina. ℟. Quia per te fructũ vite cõmunicauimus Oremus.

Eus qui beatissimã virginẽ mariam in conceptu ⁊ partu virginitate seruata duplici gaudio letificasti: q̃qꝫ eiꝰ gaudia filio tuo resurgẽte ⁊ ad celos ascẽdẽte multiplicasti: presta q̃s. vt ad illud ineffabile gaudium: quo assumpta tecũ gaudet in celo eius meritis ⁊ intercessione valeamus peruenire. Per dominũ.

Aude flore virginali honoreqꝫ speciali trãscendẽs splẽdiferum angloꝝ principatũ ⁊ sctõrũ decoratũ dignitate muuerũ Aude spõsa cara dei nã vt clara lux diei solis datur lumine. Sic tu facis orbẽ vere tue pacis resplẽdere lucis plenitudĩe

Gaude splendens vas virtutum cuius pendens est ad nutum tota celi curia. Te benignam z felicē iesu dignam genitricem veneratur in gloria Gaude nexu caritatis et amplexu dignitatis iuncta sit altissimo vt advotū cōsequaris q̄cquid virgo postularis a iesu dulcissimo Gaude mater miserorū quia pater seculorū dabit te colentibus cōgruentē hic mercedē z felicē celi sedem regnis in celestibus Gaude ẏgo mater christi tu que sola meruisti o virgo pulcherrima esse tante dignitatis vt sis sancte trinitatis sessione proxia. Gaude virgo mat pura certa manēs et secura q̄z hec septem gaudia nō cessabūt nec decressent sed durabūt z florescent p eterna secula. Gaude sponsa sancta z humilis virgo pulcherrima maria mater dei ẏgo electa esto michi via recta ad eterna gaudia: vbi pax est et gloria: et me semper aure pia dulis exaudi maria Amē. ẏ⁹. Exaltata est sancta dei genitrix Sup choros angelorū ad celestia regna.

Ulcissime dñe iesu christe fili dei vi-
ui: qui beatissimam gloriosissimā humilem benignā z pulcherrimē virginē mariam matrē tuā pijssimā ꝑpetuis z felicib⁹ gaudiis tecum in celo coronatā letificasti:

cōcede ꝓpicius. vt eius meritis gloriosis
⁊ precibus cōtinuis salutē et ꝓsperitatem
mentis et corporis cū gaudio alacritate et
abundātia oīm bonorū spūaliū et corpora
liū ꝯsequamur ī hoc scl'o: pie iuste benigne
viuam⁹: ⁊ post trāsitū hui⁹ scl'i ad gaudia
eterna feliciter ꝑuenire valeamus. Per.

[redacted] E profundis clamaui ad te domine
domine exaudi vocem meam. [redacted] i-
ant aures tue intendentes: in vocem dep̄-
cationis mee. [redacted] i iniquitates obseruaue-
ris dñe dñe quis sustinebit. [redacted] uia apud te
propiciatio est: et propter legem tuam su-
stinui te domine. [redacted] ustinuit anima mea in
verbo eius: sperauit anima mea ī domino
[redacted] custodia matutina vsq; ad noctem: spe
ret israel in domino [redacted] uia apud dominū
misericordia: ⁊ copiosa apud eum redem-
ptio [redacted] t ipse redimet israel: ex omnibus in
iquitatibus eius. Kyri eleyson. Christe el'
Kyri eleysō. Pater noster. Et ne nos. Sz
libera. Requiē eternam dona eis domine
Et lux perpetua luceat eis. A porta infe-
ri. Erue domine animas eorum. [redacted] Cre-
do videre bona domini. In terra viuenti-
um. Domine exaudi orationē meam. Et
clamor meus ad te veniat. [redacted] Oratio.

Bſolue q̄ſumus dñe aīas famulorū famularūq; tuarū ab omi vinculo delictorū: vt in reſurrectionis gloria inter ſā ctos tuos reſuſcitati reſpirent. Et anime oīm fideliū defunctorū p miam ieſu chriſti in pace requieſcāt. Amē. God haue mercy onall criſten loules. ān. God ſaue the kyng & bryng vs the blyſſe that neuer ſhal haue ending. Amen.

Intemerata & ineternū bñdicta ſingularis & incōparabilis ẏgo dei genitrix maria: gratiſſimū dei tēpū ſpūſſācti ſacrariū ianua regni celorū p quā poſt deū totus viuit orbis terrarū. Inclina mater miſericordie aures tue pietatis idignis ſupplicationibus meis: et eſto michi miſerrimo peccatori pia in omnibus auxiliatrix. O iohannes beatiſſime xp̄i familiaris amice qui ab eodē dño noſtro ieſu xp̄o ẏgo es electus et inter ceteros magis dilectus atq; miſteriis celeſtibus vltra oēs imbutus apoſtolus eius & euāgeliſta factꝰ es preclariſſimus. Te etiam iuoco cū maria matre eiuſdē ſaluatoris noſtri: vt michi opē tuaz cum ipſa conferre digneris. O due gēme celeſtes maria & iohannes. O duo lumina ria diuinitꝰ ante deū lucētia veſtris radiis

scelerũ meorũ effugate nubila. Vos enim estis illi duo in quibus deus pater ꝑ filium suũ specialiter edificauit sibi domũ. Et in quibus ipse filius dei ob sincerissime ꝟgi=nitatis meritũ dilectionis sue confirmauit priuilegiũ in cruce pendens vni vestrũ ita dicens. Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. In huiꝰ ergo tã sacratissimi amoris dulcedine qua tũc hore dominico velut mater ⁊ filius ad inuicem cõiuncti estis: vobis duobus ego miserrimus peccator cõmendo hodie cor pus meũ et aĩam meã: vt oĩbus horis atqꝫ momẽtis interiꝰ ⁊ exterius firmi custodes ⁊ pii apud deũ interessores michi existere dignemini. Credo enĩ firmiter ⁊ indubitã ter fateor qꝛ velle vestrũ velle dei est: ⁊ nol le vestrum nolle dei est. Unde quicquid ab illo petitis sine mora obtinetis. Per hanc ergo tã potẽtissimã vestre dignitatis virtutẽ poscite queso michi corporis ⁊ aĩe salutẽ. Agite q̃so agite vestris sacris ora=tionibꝰ: vt cor meum inuisere et ĩhabitare dignetur spũs almꝰ gratiarũ largitor op=timus. Qui me a cunctis viciorũ sordibus expurget: virtutibus sacris illustret ⁊ exor net: ĩ dilectiõe dei ⁊ proximi perfecte stare

et perseuerare me faciat. Et post huius vi
te cursū ad gaudia me ducat electorū suo
rum benignissimus paraclitus. Qui cū pa
tre ⁊ filio coeternus et cōsubstancialis cū
eis et in eis viuit ⁊ regnat omnipotens de
us in secula seculorum. Amen

Sancta maria dei genitrix semperq;
virgo benedicta que a virgine ⁊ a di
lecto iesu xpi filii tui discipulo suscepta es
in matrem. Sāctecq; iohannes apostole ⁊
euangelista sacer virgo qui ab eodē magi
stro tuo christo matri virgini cōmissus es
in filium: precor vos per pissimū redēpto
rem nostrū cui virgines sancte in hac vita
placere meruistis: vt spiritum fornicatio-
nis a me ꝓcul elōgetis: ⁊ ardorē libidinis
in me prorsus orando extingatis: meq; in
vestra clientela suscipientes: pudice ⁊ san-
cte viuere voceatis: quatinus in his casti
tatis floribus venustatus ad pristinū vir-
ginitatis redeā meritum: et ab omni imū-
da sorde purgat⁹ in conspectu dñi nostri
iesu christi merear apparere cum iusticia
et satiari cū apparuerit ei⁹ gloria. Qui cū
patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ regnas deus
per omnia secula seculorum. Amen.

Oratio deuota ad gloriosam virginem mariam

Obsecro te domīa sācta maria mater dei pietate plenissima: sūmi regis filia: mater gloriosissīa: mat̄ orphanorū: ꝯsolatio desolatorum: via errantiū: salus et spes in te sperantiū. virgo ante partū: virgo in partu: et virgo post partū. Fons misericordie: fons salutis ⁊ gratie: fons pietatis ⁊ leticie/ fons consolationis et indultie. per illam sanctam inestimabilem leticiam qua exultauit spirit⁹ tuus in illa hora quando tibi per gabrielem archangelū annunciatus et conceptus fuit filius dei. Et per illud diuiniū misterium quod tūc operatus est spūssāctus in te. Et ꝑ illā sāctam inestimabilem pietatem: gratiā misericordiam amorem ⁊ humilitatē per quas filius dei descendit accipere humanā carnem in venerabilissimo vtero tuo. ⁊ in quibus te respexit quando te cōmendauit sācto iohanni apostolo et euāgeliste Et quādo te exaltauit super choros angelorū Et per illam sanctam inestimabilem humilitatem in qua tu respōdisti archangelo gabrieli Ecce ancilla domini fiat michi secūdū verbū tuū. Et per illa sanctissima qui

decim gaudia q̄ habuisti de filio tuo dño
nostro iesu xp̄o. Et per illā sanctā ꝛ maxi-
mā cōpassionē ꝛ acerbissimū cordis dolo-
rē quē habuisti qñ dñm nostrū iesū christū
ante crucē nudatū ꝛ i ipsa leuatū vidisti pē
dentē crucifixū vulneratū sitiētē fel appo-
ni clamantē audisti ꝛ morientē vidisti. Et
p quicq̄ vulnera filii tui et p cōtractionē vi
scerū tuorū p nimio dolore vulnerū suorū
Et p dolorē quē habuisti qñ vidisti eū vul
nerari. Et p fōtes sāguinis sui Et p omnē
passionē ei⁹. ꝛ p omnē dolorē cordis tui. ꝛ
p fōtes lachrymarū tuarū: vt cū oībus sā-
ctis et electis deiuenias et festines in auxi
lium et consilium meum/ in omnibus ora
tionibus ꝛ requestis meis et in omnib⁹ an
gustiis et necessitatibus meis et in omni-
bus rebus illis in quibus ego sum factu-
rus: locuturus aut cogitaturus omnibus
diebus ac noctibus horis atq̄ momentis
vite mee. Et michi famulo tuo impetres
a dilecto filio tuo cōplementum omni mia
ꝛ consolatione omi consilio omi auxilio et
omni adiutorio/ oñi benedictione ꝛ sāctī-
ficatione: omni saluatione pace ꝛ prosperi
tate; omni gaudio et alacritate. Etiam
abundantiam oim bonorum spiritualiū ꝛ

corporaliū ꝛ gratiā ſpūſſancti qui me bene
omnia diſponat: animam meam cuſtodi-
at:corpus meū regat: ſēſus erigat: mores
cōponat:actꝰ ꝓbet: vota ꝛ deſideria mea
perficiat:cogitatōes ſāctas inſtituat:ꝑteri
ta mala idulgeat/preſētia emēdet / futura
moderetur . Vitā honeſtā et honorabilē
michi tribuat:ꝛ victoriā cōtra oēs aduerſi
tates huiꝰ mūdi.beatē pacē ſpūalēꝛ corpo
ralē michi tribuat:bonā ſpē caritatē fideꝫ
caſtitatē hūilitatē ꝛ patientiā. Et quicꝫ ſē
ſus corporis mei regat ꝛ ꝙtegat. Septem
opa mīe ꝓplere me faciat. Duodeci articu
los fidei / decēcꝫ precepta legis firmiter
credere ꝛ tenere me faciat: a ſeptē pctis
mortalibꝰ me liberet ꝛ defendat vſqꝫ in fi
nem vite mee: ꝛ i nouiſſimis diebus meis
oſtende michi faciē tuā ꝛ anūcies michi
diem et horam obitus mei. Et hanc ora-
tionē meā ſupplicē ſuſcipias ꝛ exaudias ꝛ
vitā eternā michi tribuas. Audi ꝛ exaudi
me dulciſſia maria mater dei ꝛ mie. Amē
[redacted]ancta maria regia celi ꝛ terre mater
dñi noſtri ieſu xꝑi in ſctās ꝛ venera-
biles manus eiuſdem filii tui ſaluatoris
noſtri et redemptoris mundi/ſancto cor-
pori et ſanguini eius :ꝛ in tuas manus et

omniū sāctorū angelorū archangelorum patriarcharū ꝓphetarū apostolorū euangelistarū martyrū doctorū cōfessorū atq; virginū/ t oīm sctōrū tuorū cōmendo hodie quotidie t omni tēpore animā meam/ corpus meū/sensū meum/visum meū/labia mea/manus meas/ pedes meos/oculos meos/t omia mēbra mea/omēs parētes meos/fratres/sorores/amicos/inimicos/ familiares/ ꝓpinquos/ parochianos būfactores meos t omnē populū christianum. Custodi nos dñe semp t vbiq; t defēde ab ira tua t ab ira sanctissime genitricis tue marie t oīm sanctorū tuorū ab ira t odio t omni mala volūtate:a fulgure tonitruo t tēpestate:a subitanea t etna morte:a fame peste t clade: ab omni scandalo pdore verecundia t tristicia: ab oīnibus malis:ab oī tribulatione t angustia:a lingua dolosa : a laqueis iniquis:a labiis pversis:ab dīs inimicis meis visibilibus t invisibilibus: t ab insidiis t potestate eorum. Ab oī periculo aie t corporis:a vitiis t peccatis:a cōcupiscētiis:a tentationibus diaboli: a penis inferni libera me dñe ihesu christe t adiuua me in omnibus necessitatibus meis: dona michi sanitatē

in corpore dona michi bene agere ⁊ in hoc
seculo bene viuere ⁊ bñ perseuerare dona
michi p̄ intercessionē sancte dei genitricis
tue ⁊ oīm sctōrū tuorū rectā vitam ⁊ emū
dationē ⁊ spaciū penitentiam agendi i hoc
seculo ⁊ eternā beatitudinē in futuro et in
hora exitus mei sacrosanctū corpus ⁊ san
guinē tuū ad remissionē omniū peccatorū
meorū recipere et illuminare cor meū de
spiritusctō: ⁊ fac me de tua grā viuere sem
per ⁊ per omia tuis obedire mandatis: ⁊ a
te nunq̄ p̄mittas separari sz ad requiē sē
piternam puenire ⁊ salua me dñe vigilan
tem custodi me dormientē vt dormiā i pa
ce ⁊ vigilē in te deus me⁹ tibi honor ⁊ glo
ria in seculorū secula. Amen.

Tella celi extirpauit q̄ lactauit dñm
mortis pestē quā plantauit prim⁹ pa
rens hoim ipsa stella nūc dignetur sidera
cōpescere quorum bella plebē cedūt dire
mortis vlcere. O gl̄iosa stella maris a pe=
